

ET MESTUS ERAT. GRÆC., anxius. Ambrosius, impatienter sollicitus erat.

VERS. 27. — NAM ET INFIRMATUS EST. Vide paraphrasim.

VERS. 28. — FESTINANTIUS, id est, studiosus, sine mora.

ET EGNO SINE TRISTITIA SIM. GRÆC., minis trister, seu minus habeam tristitiæ; SYR.: *Ut mihi levior sit animæ aegritudo*. Nonquam sine dolore aut tristitia Paulus: *Quis infirmatur et ego non infirmor?* etc., 2 Cor. 21, sed aliquando plûs, aliquando minis tristis.

VERS. 29. — EXCIPITE ITAQVE ILLUM CUM OMNI GAUDIO IN DOMINO; id est, cum gaudio spirituali et christi-

ut pote ex quo tam moestudo quam desiderium hoc proficebatur.

VERS. 27. — *Nam et infirmatus est usque ad mortem: id est, ita ut esset morti vicinus; sed Deus misertus est ejus, scilicet eripiens eum periculo, et sanitati restituens. Quod quidem beneficium misericordia vocatur, quatenus est miserie cogitationis remotio. Non solum autem ejus, verum etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem; id est, ne dolorem quem patiebatur ob infirmitatem ejus experiret novus dolor, idemque acerbius, ex ejus morte.*

VERS. 28. — *Festinantius ergo misi illum, etc.* Significat Apostolus sibi molestum fuisse, quod aberat ab eis Epaphroditus, atque hæc parte doloris se levandum per eus reditum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad redigenda.

1° Insculpe menti tua nunquam obliviscendum mirabile humilitatis Christi exemplum, v. 5, 6, 7, 8; qui cum in formâ Dei esset, etc., semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, etc., v. 6, 7. Utramque formam perpende, compara; tandem hanc exinanitionem concipere non valens, illam mirare, senti, tuo modulo imitare. Quantus, qualisque sis, non superbes, sed temetipsum exinanitens, ceterosque te reputans præstantiores, omnium fies servus et minister, præsertim ad salutem.

2° Insculpe et ejusdem Christi Domini ineffabile charitatis exemplum. Factus homo, non sua quesivit, sed nostræ salutis totus incubuit; ob quam factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, v. 8; pati contemni, opprobriis saturari, tandem pro te mori voluit. Hanc charitatem concipere non valens, mirare, senti, imitare. Obedi Deo, et propter Deum totus proximi salutis stude et vaca; pro quâ pati, sperni et mori non refugies.

3° Ex v. 12 et 13 discere humiliter et sedulo tuam

CAPUT III.

1. De cetero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.

2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

3. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu servi-

stiano, etc., seu quale Christianum decet. Græca et Syrus: *Excipite illum in Domino, cum omni gaudio; excipite illum fraternè et christianè, et ut patrem in Domino: utrumque in idem redit.*

VERS. 50. — QUONIAM PROPTER OPUS CHRISTI, id est, propter subsidia mihi ab illo propter Christum subministrata.

TRADENS ANIMAM SUAM, id est, vitam suam periculis objiciens. GRÆC., *Parabolatus est animam suam*. SYR.: *Neglexit, sprexit animam suam*, id est, nihil fecit seipsum, suæ valetudinis curam non habuit. Parabolani dicuntur qui cum vite periculo adsunt ægrois. Vide Calepinum.

UT IMPLERET ID., id est, ut obsequia mihi præstaret que vos ob absentiam personaliter non potuistis.

VERS. 29. — *Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, excipite illum affectu christiano, ilique magno cum gaudio; et ejusmodi cum honore habetote; habete in prelio, ac debito honore afflicte.*

VERS. 30. — *Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit. Opus Christi vocat visitationem Pauli, inæccerati, propter Christum. Accessit ad mortem, et enim periculosum erat familiaribus accedere, et secretis colloqui cum eo, cui Nero imperator inscius erat.*

Tradens animam suam, id est, non habitâ ratione vite; vitam suam negligens.

Ut impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium. Ut plene adimpleret vestrum defectum ministerii circa, vel potius erga me.

pietatem maximè notanda, et ad proximam redigenda.

propriam salutem operari; et ibidem vide rationem urgentem ad utrumque.

4° Ex v. 15 et 16 nota, et nusquam obliviscaris, quanta debeat esse Christiani, et à fortiori religiosi et sacerdotis sanctitas. Sit doctrinæ luminæ, et exempli vite, quasi stella fulgens; fax in alto posita, portum salutis ostendens aliis hominibus, in mundi pelago navigantibus. Attende tibi, et vide num talis sis, lujusque in occasionibus recordare.

5° Ex v. 17 scias quo animo debeas, seu Dei verbum annuntiare, seu animas dirigere. Sacrum ministerium, seu prædicationis, seu animarum directionis, est liturgia mystica, quâ vicinæ Deo preparantur, sancti Spiritus igne sanctificando. Hoc vide fasces ibidem. Has ergo victimas Deo prepara, non te, nec tua querens; inò paratus sanguinis tui libatione illarum sacrificium consummare.

6° Apostolicas episcoporum qualitates in Epaphrodito poteris annotare, v. 25.

CHAPITRE III.

1. Au reste, mes frères, réjouissez-vous en Notre-Seigneur. Il ne m'est pas pénible, et il vous est avantageux que je vous écrive les mêmes choses.

2. Gardez-vous des chiens; gardez-vous des mauvais ouvriers; gardez-vous des faux circoncis;

3. Car c'est nous qui sommes les vrais circoncis,

mus Deo, et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habentes:

4. Quoniam ego habeam confidentiam et in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis.

5. Circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis; secundum legem, pharisæus;

6. Secundum justificationem, persequens Ecclesiam Dei; secundum iustitiam que in lege est, conversatus sine querela.

7. Sed que mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.

8. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei; propter quem omnia detrimentum feci, et arbitrator ut stercora, ut Christum lucrificam,

9. Et inveniar in illo, non habens meam iustitiam, que ex lege est, sed illam que ex fide est Christi Jesu, que ex Deo est iustitia in fide;

10. Ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius, configuratus morti ejus:

11. Si quo modo occurram ad resurrectionem que est ex mortuis;

12. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim; sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum à Christo Jesu.

13. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse: unum autem, que quidem retrò sunt obliviscens, ad ea verò que sunt priora extendens meipsum,

14. Ad destinatum persequor, ad bravium superne vocacionis Dei in Christo Jesu.

15. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus; et si quid aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit.

16. Veruntamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, et in eadem permaneamus regulâ.

17. Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulat, sicut habetis formam nostram.

18. Multi enim ambulat quos sæpe dicebam vobis (nunc autem et flens dico), inimicos crucis Christi:

19. Quorum finis interitus, quorum deus venter est: et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

20. Nostra autem conversatio in caelis est; unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum.

21. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem, quâ etiam possit subjicere sibi omnia.

ANALYSIS.

Superiora concludit, et ad alia transit, de quibus jam multa præsens dixit Philippensis, ut scilicet carceant à doctoribus judicantibus, quos vocat canes, et falsò circumcisos, quia carne tantum, non verò Christiani verè sumus circumcisus, quia corde, v. 1, 2, 3.

Paulus plus quam ulius ex eis posset de legalibus gloriari, quia octavo die circumcisus, etc.; v. 4, 5, 6.

S. S. XXIV.

puisque nous servons Dieu en esprit et que nous nous glorifions en Jésus-Christ, et sans nous flatter d'aucun avantage charnel.

4. Ce n'est pas que je ne puisse prendre moi-même avantage de ce qui n'est que charnel; et si quelqu'un croit pouvoir le faire, je le puis encore plus que lui.

5. Ayant été circoncis au huitième jour, étant de la race d'Israel, de la tribu de Benjamin, né Hébreu de père Hébreu; ayant été pharisien pour ce qui est de la manière d'observer la loi.

6. Pour ce qui est du zèle du judaïsme, en ayant eu jusqu'à persécuter l'Eglise, et pour ce qui est de la justice de la loi, ayant mené une vie irréprochable.

7. Mais ce que je considérais alors comme un gain et un avantage m'a paru depuis, en regardant Jésus-Christ, une perte et un désavantage.

8. Je dis plus; tout me semble une perte au prix de cette haute connaissance de Jésus-Christ mon Seigneur, pour l'amour duquel je me suis privé de toutes choses, et je les regarde comme des ordures, afin que je gagne Jésus-Christ;

9. Que je sois trouvé en lui, n'ayant point une justice qui me soit propre, et qui me soit venue de la loi, mais ayant celle qui naît de la foi en Jésus-Christ, cette justice qui vient de Dieu par la foi;

10. Et que je connaisse Jésus-Christ, avec la vertu de sa résurrection, et la participation de ses souffrances, étant rendu conforme à sa mort.

11. Afin que je puisse parvenir, de quelque manière que ce soit, à la bienheureuse résurrection des morts.

12. Ce n'est pas que j'aie déjà reçu ce que j'espère, ou que je sois déjà parfait; mais je poursuis ma course, pour tâcher d'atteindre où Jésus-Christ m'a destiné en me prenant à son service.

13. Non, mes frères, je ne pense point avoir encore atteint où je tends; mais tout ce que je fais maintenant, c'est qu'oubliant ce qui est derrière moi, et m'avancant vers ce qui est devant moi,

14. Je cours incessamment vers le bout de la carrière, pour remporter le prix de la gloire du ciel, à laquelle Dieu nous a appelés par Jésus-Christ.

15. Tout ce que nous sommes donc de parfaits, soyons dans ce sentiment, et si vous avez quelque autre sentiment de vous-mêmes, Dieu vous découvrira ce que vous devez en croire.

16. Cependant, pour ce qui regarde les connaissances auxquelles nous sommes déjà parvenus, ayons les mêmes sentiments, et demeurons dans la même règle.

17. Mes frères, rendez-vous mes imitateurs; et proposez-vous l'exemple de ceux qui se conduisent selon le modèle que vous avez vu en nous.

18. Car il y en a plusieurs dont je vous ai souvent parlé, et dont je vous parle encore avec larmes, qui se conduisent en ennemis de la croix de Jésus-Christ;

19. Qui auront pour fin la damnation, qui font leur dieu de leur ventre, qui mettent leur gloire dans leur propre honte, et qui n'ont de pensées et d'affections que pour la terre.

20. Mais pour nous, nous vivons déjà dans le ciel, et c'est de là aussi que nous attendons le Sauveur, Notre-Seigneur Jésus-Christ.

21. Qui reformera notre corps, tout vil et abject qu'il est, afin de le rendre conforme à son corps glorieux, par l'opération de cette puissance par laquelle il peut s'assujétir toutes choses.

At legalia, inò et omnia temporalia bona præ Christo, et propter Christum, habet ut nihilum; omnia ergo contemnit, dummodo Christum lucratur, sique meritorum illius particeps, v. 7, 8, 9, 10, 11.

Non idèò perfectum se reputat; sed ad vocacionis suæ perfectionem magno conatu contendit; idem faciunt Philippenses, v. 12, 13, 14, 15.

(Trente-huit.)

Ipsam intenter, non falsos doctores, qui sunt inimici crucis Christi, ventricolae, nihil nisi terrena cogitantes et curantes, v. 17, 18, 19.

Christiani vero municipes cetorum, menti et corde

PARAPHRASIS.

1. De cetero, fratres mei, spiritaliter in Domino gaudeat. Eadem vobis scribere non me piget quidem, quia vobis necessarium est.

2. Cavete à canibus; cavete à malis operariis; cavete à falsis circumcisis, seu carne tantum concisis.

3. Nos enim Christiani sumus veri circumcisi, qui spiritaliter et animo puro Deum colimus, et qui in Domino Jesu Christo gloriamur, non autem in carne fiduciam habemus.

4. Quoniam ego quoque (si haec juvarent) in carnalibus meritis possem confidere; si quis id aliis sibi posse videtur, ego prae aliis magis possum.

5. Quippe qui octavo die fui circumcisis; qui sum de prosapia Jacob, de tribu Benjamin; Hebraeus et familia et lingua; ex Hebraeis oriundus; secta Phariseus.

6. Zelo Judaicae religionis tam ardens, ut fuerim persecutor Ecclesiae Dei; justitiae legalis tam accuratus observator, ut vixerim irreprehensibilis.

7. Sed has carnis, seu Judaismi, prerogativas, quas ut luera olim magno in pretio habui, propter Christum arbitratus sum ut damna et detrimenta.

8. Enim verò non illa tantum quae dixi, sed et omnia hujus vitae bona, existimo inopiam et detrimentum esse, prae dignitate eminentis scientiae, seu cognitionis Jesu Christi Domini mei; propter quem libenter omnium jacturam feci, omniaque arbitrator ut stercora, dummodo Christum lucrer, seu Christi beneficiorum sin particeps;

9. Utque in Christo reperiar, seu existam non habens justitiam meam, meis scilicet viribus partam, quae ex legis notitia et observatione acquiritur, sed habens illam justitiam quae habetur per fidem Christi; illam, inquit, justitiam quae à Deo manat, et in Christi fide fundatur.

10. Ut cognoscam illum, et potentiam resurrectionis illius, et communionem ejus; me conformans morti et passionibus ejus, scilicet per labores et crucis.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — DE CETERO. Graec., reliquum. Syr., proinde. Arab., quod superest. Superiora concludit ut ad alia transeat. Primo itaque vult ut abiecio omni errore, tum ob sua vincula, tum ob Epaphroditum morbum, gaudeant in Domino, seu gaudio quod Christianos decet. Quasi diceret: Vincula mea Evangelio non nocent, imò proficiunt; Epaphroditum habetis, brevi et habebitis Timotheum, ego quoque jamjamadvanio:

VERS. 1. — De cetero, id est, proinde, fratres mei, gaudeat in Domino Christo, id est, eo gaudio quod et quale christianos decet. Eadem vobis scribere mihi qui-

comersantur in caelis; unde et Salvatorem expectamus, qui nos ab omni miseria liberet, donabit corporis et animae gloriam, v. 20, 21.

11. Ut, si quomodo possim, perveniam ad beatam sanctorum resurrectionem.

12. Haec dico, non quasi metam jam apprehenderim, aut ad terminum perfectionis pervenerim, sed maximo conatu curro ut, si quo modo queam, illud assequar, ad quod, et propter quod, Christus me fugientem quasi manu sua apprehendit.

13. Fratres mei, ego non arbitror quod perfectionem assecutus sim: unum autem ago, scilicet obliviscens praeterita, quae retrò sunt, ad velle quae ante me sunt, seu à fronte, meisum extendens.

14. Ad scopum contendo ut premium obtineam, ad quod assequendum supernè vocatus sum à Deo per Christi merita.

15. Quicumque ergo perfectionis studiosi sumus, hoc ipsum de nobis sentiamus; et si quid aliter sapimus, spero quòd Deus revelabit vobis idem mecum esse sentiendum.

16. Interim rogo ut in eo ad quod pervenimus idem sapiamus, et in eadem permaneamus regula (doctrinae scilicet et vitae).

17. Imitatores mei estote, et attentè considerate eos qui vitam ducunt juxta exemplar quod ego vobis praebui.

18. Sunt enim multi qui longè aliter incedunt; quos saepe coram vobis appellavi, nunc et fletus rursus appello, inimicos crucis Christi;

19. Quorum finis erit aeterna perditio; qui sunt ventricolae; qui gloriantur in suo ipso dedecore; qui non nisi terrena cogitant, diligunt et curant.

20. Nos autem in caelis mente et animo conversamur, ex quo loco expectamus nostrum Salvatorem Dominum nostrum Jesum Christum,

21. Qui transformabit hoc humile et vile corpus nostrum, illudque configurabit gloriosissimo corpori suo; idque per efficacem virtutem quae omnia sunt ei subdita; seu per virtutem adeò potentem ut per eam possit etiam omnia sibi subijcere, et consequenter quodlibet in quodlibet transmutare.

Itaque reliquum est ut gaudeatis omnique spiritali laetitia replcamini. Secundo transit ad alia de quibus jam scripsit ad Romanos, ad Galatas, et de quibus multa praesens dixit Philippensibus, ut patet ex hoc capite, v. 18: Quos saepe dicebam vobis: et quia de eisdem jam saepe dixi; hinc eadem scribere, non mihi grave est, si non me piget: vobis-AUTEM EST NECESSARIUM, scilicet, ut firmius haereant animo, utque vos den non pigram, id est, non est mihi tediosum aut molestum toties eadem vobis scribere; vobis autem necessarium, q. d.: Quòd toties eadem scribo, facio ut

efficiant cautiores. Vobis autem necessarium. Graec., vobis tutum, securum. Syr.: Non mihi tadio, è quòd vos cautiores efficiant. In suis exhortationibus consulti Apostolus fidelium utilitatem, non gustum; et ubi quid illis necessarium videt, statim hoc ipsi grave non est. Sic omnis praefatus, animarum sibi subditarum necessitatem et profectum attendat; et ubi quid illis necessarium, aut utile deprehenderit, hoc illis sine tadio subministrat; illarum salutem in suis conationibus et exhortationibus unice consulat.

VERS. 2. — VIDETE CANES... Videte, id est, cavete. *Canes.* Olim hoc erat nomen gentium: Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus, Matth. 15, 26; sed cum rebus translata sunt nomina, et gentes quidem filii, Judaei autem vocantur canes, ait Theodoretus. *Canes* ergo vocat judaizantes, quia oblatrabant, mordelant et lacerabant verbi Dei predicatores.

Malos operarios, quia Evangelium corrumpebant Judaismi admixtione; non edificabant, sed opus Dei diruere conabantur.

Concisionem, seu scissionem, tum quia circumcisio tunc, post Christum, erat mera carnis scissio, nihil amplius significans, aut efficiens spirituale; hinc et ipso circumcissionis nomine indigna; tum quia ipsi judaizantes errore suo Ecclesiae christianae scissores et laceratores erant.

VERS. 3. — NOS SUMUS TERA CIRCUMCISIO, id est, veri circumcisi. Carnis circumcisio significabat cordis circumcisionem. Christiani itaque corde circumcisi vera sunt circumcisi; illa quippe signum erat, nos res significata.

QUI SPIRITU SERVIVIS DEO..... Explicat discrimen quod est inter falsos et veros circumcisos, seu inter Judaeos carne tantum concisos et inter Christianos corde circumcisos. Judaei carnaliter, seu caeremoniis carnalibus, Deo serviunt; non spiritaliter, seu animo puro; Judaei gloriantur in carnalibus, v. g., in carnis circumcissione, suamque in eis fiduciam reponunt; nos in CHRISTO JESU, nostrae salutis auctore, gloriamur, nostramque in ejus meritis fiduciam collocamus. Hinc disce quis sit verè Christianus. Primo, qui corde circumciscus est; seu cujus passiones et vitiosae cupiditates

corroborum faciamque tutiores, cautiores et vigilantiores, ne in errorem aliquem aut peccatum prolabamini.

VERS. 2. — Videte canes, q. d.: Observate et cavete imprudentes et improbos judaizantes et haereticos, qui nos allatant et mordent quasi canes; videte, id est, videndo cavete.

Videte malos operarios, operarios subdolos; cavete et fugite pseudo-apostolos, qui christianissimum miscet et corrumptum judaismum, inquit Chrysost.

Videte (cavete) concisionem. Concisionem vocat circumcisionem, itque ut eam elevet, et christianis parvi pendendam doceat; q. d.: Circumcisio olim tam pretiosa, tunc post Christum, tantum est concisio, nihil aliud est, quam carnis scissio et concisio; inquit Chrysost.

VERS. 3. — Nos enim sumus circumcisio, quatenus scilicet in nobis spiritalis significatio circumcissionis impletur. Circumcisio cordis in spiritu, non littera, Rom. 2. Qui carnalia desideria pariter et Judaicas caeremonias circumcidentes et resecentes, spiritu servi-

tales mortificationis cultro circumcise sunt. Secundo, qui spiritu Deo servit; seu qui, ut ait Christus, Deum colit et adorat in spiritu et veritate, id est, spiritali, sed vero et sincero cultu et sacrificio fidei, spei, charitatis et obedientiae: seu qui in Deum sincerè credit, firmè sperat, Deum et proximum verè diligit, precepta Dei in spiritu charitatis servat, omniaque ad Dei gloriam facit et refert; tuo verbo, in ejus corde sola regnat charitas. Tertio, qui in Christo Jesu, salutis auctore, gloriantur, totamque suam spem et fiduciam in Christi meritis reponit, non in suis operibus. Hinc è contra disce quòd qui, neglecta cordis mortificatione, neglectisque amoris Dei et proximi praeparatione, cultum Dei quibusdam in exterioribus precepit, in quibus suam collocat fiduciam, is Judaeus est censendus, non verè Christianus.

VERS. 4. — QUONIAM EGO..... id est, quoniam, si aliqua esset in carne gloria et fiducia, haec mihi non deesset; imò majorem quam quilibet alius habeream gloriam materiam.

VERS. 5. — CIRCUMCISUS OCTAVO DIE... Enarrat carnis prerogativas ob quas gloriarì posset, et in quibus judaizantes ipsos supergreditur. *Circumciscus fui octavo die,* sicut Isaac et posteri ejus. Judaeus ergo natus sum; non autem proselytus accepi circumcisionem; sicut plerique judaizantes, qui aetate jam proveci, fuerunt circumcisi, sicutque Judaei tantum proselyti et ascititi.

EX GENERE ISRAEL. Natus sum, inquam, non de proselytis, aut ascititiis, sed de genere Israel, seu de prosapia Jacob.

DE TRIBU, seu familia, BENJAMIN, quem prae ceteris dilexit Jacob, quemque habuit de Rachel, ob quam tot annis servivit. *De tribu, inquam, Benjamin,* quae in aliarum schismate tribui Judae constans et fidelis adhaesit, Deique templo et regno; nec legem unquam deseruit, aut regem.

HEBRAEUS EX HEBRAIS, id est, Hebraeus, Hebraeorum filius, seu tota majorum serie ex Hebrais. Multi putant hinc significari quòd D. Paulus fuerit non familia tantum, sed et lingua, Hebraeus, idque innuit D. Chrysostomus. Haec quatuor praecedentes prerogative

mus Deo, quae sola vera est, et Deo placens circumcisio, Ita Theoph.

Qui spiritu servivis Deo, hoc est, spiritaliter et mente, ut spiritum servire Deo, sit ei servire ex animo et secundum hominem interiore, id est, cultu interno, quod est spiritaliter servire, q. d.: Nos Christiani verè sumus circumcisi, qui spiritali fide, spe et charitate Deo religiose servimus.

Et gloriamur in Christo Jesu tanquam auctore salutis nostrae. *Et non in carne fiduciam habentes.* Carnem vocat res externas et carneas, puta carnis circumcisionem, nobilitatem, legis sententiam, pharisaismum. Ita Chrysost., Anselm.

VERS. 4. — Quoniam ego habeam confidentiam et in carne, etc. De judaizantibus loquitur.

VERS. 5. — Circumciscus octavo die. Significare voluit se non esse proselytum, id est, adventum populi Dei. *Ex genere Israel,* hoc est, ex prosapia Jacobi patriarchae, qui suo nomine dicitur est Israel.

De tribu Benjamin, qua fortissima fuit, primumque regem Saulen dedit toti Israel.

suum propriè opus non erant, nec ab electione suâ; ipsi præterea cum multis aliis communes. Tres sequentes ei propria sunt et ex electione suâ.

SECUNDUM LEGEM PHARISÆUS, id est, secundum legis sectam, seu institutum, Phariseus; quæ est inter Judæos secta melior et præcipua.

VERS. 6. — SECUNDUM EMULATIONEM..... at Phariseus tanto paternarum traditionum ardens zelus, ut et Ecclesiam Christi ferro persecutus fuerim.

SECUNDUM JUSTITIAM... Phariseus denique justitia legalis, seu quæ ex lege et per legem paritur, tam accuratus observator, ut fuerim irreprehensibilis; nihil omisi, nihilque feci reprehensione dignum, intellige, coram hominibus.

VERS. 7. — SED QUÆ MIHI FUERUNT LUCRA..... Sed has, quas dixi, carnis prerogativas, quasque olim magno habebam in pretio; ut Christum cognovi, præ Christo et propter Christum habeo ut nullius pretii, imò ut damna repto et mihi noxia, quia sunt impedimenta Christianismi, id est, gratiæ et salutis. Tanta est Evangelii excellentia, ut præ illo lex vetus sit quasi nihil. Evangelium est quasi adamus; lex quasi plumbum, ait D. Chrysostomus; hinc lex præ Evangelio damnus est et iactura. Comparatione potiorum, damnus vocat ea quæ sunt deteriora. Supervacanea est lucerna, si sol apparuerit: supervacaneus pedagogus iis qui perfectam acceperunt sapientiam; inutile lac nutricis iis qui solido cibo vescuntur, Theodoretus.

VERS. 8. — VERENTEMEN EXISTIMO OMNIA..... Plus dicam, omnia hujus mundi bona, gloriam, opes, vitam ipsam, si compararentur cum fide, quæ eminentem Christi cognitionem acquisivi, tanquam nihilum et inutile repto, imò tanquam damnus et quid noxium.

PROPTER EMINENTEM SCIENTIAM. Græc. : Propter eminentiam cognitionis. Estius istud propter veritatem, ut, quasi diceret D. Paulus: Ut assequar eminentiam et excellentiam cognitionis Christi et beneficiorum ejus. Significans se hujusmodi cognitionem nondum esse consecutum, sed adhuc in eâ se proficere, ut expressus docet infra. Naturalius videtur si propter veritatem in præ, ut in paraphrasi, et ita Syrus: *Enimverò*

Hebraeus ex Hebraeis oriundus. Secundum legem Phariseus, legem Mosaicam proficiens, Act. 26. Secundum certissimum sectam nostræ religionis vixi Phariseus, Act. 23. Ego Phariseus sum, filius Pharisei.

VERS. 6. — Secundum emulationem, persępsum Ecclesiam Dei. Tantus, inquit, in me fuit zelus et stolidum egis, ac paternarum traditionum: ut quidquid eis adversarium videretur, impatienter ferrem, ipsaque ad Christum Ecclesiam tanquam apostatricam legis, persequer, per hoc existimans obsequium me præstare Deo.

Secundum justitiam, quæ in lege est, conversatus sine querela. Ita conversatus coram hominibus, ut nemo de me queri possit, aut objicere, quod legem ullâ parte fuerim transgressus.

VERS. 7. — Sed quæ mihi fuerunt lucra, etc., q. d.: Has carnis excellentias quas jam recensui, quas olim cum Judæis esse in pretio habui, collegi, seposui velut mercatores sua hira; postquam Christi Evangelii veritatem et dignitatem agnovi, jam pro-

existimo omnia inopiam esse præ dignitate scientiæ Jesu Christi Domini mei.

PROPTER QUEM OMNIA DETRIMENTUM FECI, id est, omnia proci, contempsi, et pro stercore habui.

ARBITROR UT STERCORA. Græc., *arbitror esse sterco- ra, cæcæta iiva*. Arbitror esse quisquilias, seu stipulam frumenti, ait D. Chrysostomus, qui putat id intelligi posse de lege per comparationem ad Christum. Quisquilias sunt rejectamenta frumenti, seu paleæ; et hoc benè convenit legalibus; nunc enim ex quo lex excussa, Christum quasi frumentum nobis exhibuit, legalia omnia quasi quisquilias sunt. Theodoretus idem sentit: Scybalum, inquit, crassior et durior est palea; hæc quidem fert frumentum, sed, postquam collectum est frumentum, alijcitur; ita lex Christum ostendit; postquam autem is apparuit, ea deinceps est supervacanea. Photinus hunc eundem cogitatum fusius explicat. Quemadmodum necessaria est stipula, donec creverit triticum, et separatim inde fuerit, ita Christo, qui fuit verum granum frumenti, nondum nato, et in legis stipulâ latente, utilis erat lex: ubi autem per passionem et resurrectionem collectum est nobis hoc granum, et per ascensionem in horrea æterni Patris reconditum, ad nihil amplius utilis fuit legis culmus et stipula. D. tamen Chrysostomus vero simile putat Paulum id non de legalibus, sed de mundanis rebus dicere, ut in paraphrasi explicui. Omnia ergo prorsus bona mundana et delicias Paulus vocat sterco- ra, quia plerumque conspurcant habentem; quisquilias, quasi inania, vacua, superflua, non vera bona.

Observationes morales.

Nota itaque quod bona terrena sunt damna, quia nocent plerumque. Sunt sterco- ra, quia fetent et commaculant. Quisquilie sunt, quia inutilia et inania. Solus Christus lucrum est, hic per fidem et gratiam possidendus, aliquando per gloriam. Da mihi, ô misericors Deus, oculos fidei; illos, inquam, oculos quos Apostolo tuo dedisti, cum omnia terrena respiciebat ut inutilia, ut damna, ut sterco- ra. Contemnam illa, ut inutilia, vacua et inania; quisquilie sunt. Fugiam illa ut damna, ut detrimenta; nocent plerumque. Horream illa ut sterco- ra, fetent enim et conspurcant. Eadem

Christo, et propter Christum, habeo ut nullius pretii, imò et damna, puta impedimenta veritatis et salutis à Christo percipiendæ. Ita Anselmus.

VERS. 8. — Verentem enim existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei. Omnia que tunc magni faciebam, ut genus, sectam, legisperitiam, quam Gamaliele doctore accepi, et quidquid ad Christum me non promovet, arbitror esse detrimentum; hoc est, non solum inutile, sed etiam damnosum et noxium: idque propter eminentem scientiam, sive propter eminentiam scientiæ, id est, ut assequar excellentiam cognitionis Christi et beneficiorum ejus. Addit autem Domini mei ut ardentem animi sui affectum erga Redemptorem suum declarat.

Propter quem omnia detrimentum feci, id est, arbitror ut sterco- ra; non hæc in contemptum legis, sed justitiæ que ex lege est, ab Apostolo dicuntur. Nec vero quisquam mirabitur legalem justitiam ab Apostolo vocari sterco- ra; si cogitet eandem à prophetâ vocari immunditiam, et comparari cum panno mulieris menstruæ,

fides, quæ ostendit omnia terrena nihil esse, dat eminentem scientiam Jesu Christi: ut cognoscam illum....

Fusius vide apud D. Chrysostomum, hom. 10, in cap. 5. Epist. ad Philipp., Moral., pag. 99, 100. Primò, quod bona terrena verè damna sunt, non lucra, quia laborem hominum habent, lucrum verò nullum. Secundò, quod amentes faciunt; mulieres et equos eodem honore dignantur: unus est utrumque ornatu; seu ex iisdem rebus mulieres volunt splendidiore apparere, ex quibus et vehicula et pelles cortinarum in quibus veluntur. Tertio, quod supervacanea et inutilia sunt; non à morte liberant, non morbum propulsant, non prohibent senescere. Disce ex eodem Patre quod omnia tamen creata bona nobis erunt lucra, et non damna, si in Dei convertantur obsequium; ad gehennam, sed utraque bonus et malus animus. Hunc ergo corrige, hunc compone, hunc talem quem esse oportet presta; et omnia tibi erunt utilia, pag. 101. Nam quemadmodum artifex, sive ferream, sive auream, securum habeat, æquè ligna cadit ad parat; ita sive per divitias, sive per paupertatem, paratur virtus, pag. 102. Facilius tamen per paupertatem, sicut melius pro ferrum creditur lignum.

UT CHRISTUM LUCRIFICIAM, id est, Christi gratiam, justitiam, meritum participationem.

VERS. 9. — ET INVENIAR IN ILLO, id est, ut sim et existam in Christo, sicut membrum illius corporis, cujus est caput: vel ut inveniar in Dei judicio.

NON HABENS MEAM JUSTITIAM, scilicet, quæ mea sit et à meipso; justitiam nimirum acquirentem, absque spiritu fidei et gratiæ.

SED ILLAM HABENS JUSTITIAM, quæ per fidem Christi gratis acquirentem; justitiam, inquit, quæ divina est, utpote quæ à Deo manat, quamque Deus operatur in nobis et quæ in Christi Jesu fide fundatur. Nota primò quod fides verè justitiæ radix sit et fundamentum. Vide Ep. ad Rom., c. 1, v. 17; c. 4, v. 5. Nota secundo, quod veræ justitiæ condiciones; à Deo est et per Christum: illius auctor, seu causa efficiens, Deus est:

Sic enim in personâ carnalium Judæorum, justitiam ex lege quantumcumque, loquitur Isaia, cap. 64, etc. Ut Christum lucrificiam, id est, ut honorum ejus participes efficiar. Habere hæc participatio primùm quidem per fidem et notitiam Christi, veramque justitiam; deinde per consortium resurrectionis et gloriæ ejus.

VERS. 9. — Et inveniar in illo, non habens meam justitiam quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu. Inveniar, id est, existam, et ut sim in illo, scilicet Christo, sicuti palmas in vite; non habens meam justitiam, id est, quæ mihi à meipso sit, eam nimirum quæ ex solâ legis notitiâ habetur; quæ ex lege est, id est, legalem, quæ ex legis observatione acquirentur absque spiritu fidei et gratiæ Christi; sed quæ ex fide est Christi, hoc est, sed sim habens justitiam que per fidem Christi gratis acquirentem.

illius promeritor, id est, causa meritoria, Christus. Tota divinitas, à Deo manans, à Spiritu sancto infunditur per fidem vivam in Christum Jesum: et hæc est fides quæ verè et coram Deo justificat. Legalis autem et Pharisæica justitia, externa tantum est, humana, in solis operibus hominis fundata; hinc pollicè tantum et coram hominibus justificat, seu facit ut justitiam ad externam legis observationem. Hæc justitia dicitur mea, quia à me, meis propriis viribus. Ut Christiana sit, lex observetur in Spiritu Christi et per fidem in Christum.

VERS. 10. — AD COGNOSCENDUM ILLUM.... Potest hoc immediate præcedentibus jungi, ita ut Christus sit: Justitia est ex fide, quæ fide cognoscitur Christus et virtus resurrectionis illius et communio passionum. Ita Syr.: *Ut per eam (fidem) cognoscam Jesum et virtutem resurrectionis ejus, et participes sum passionum ejus et conformis sum morti ejus.* Ita etiam D. Chrysostomus et Theodoretus. Sed probabilius puto quod alitius referendum sit, nimirum ad arbitror ut sterco- ra, ut Christum lucrificiam, et ut inveniar.... utque cognoscam illum.... Ita ut hæc pars sit continuatio honorum ex judaismi contemptu profectorum; seu est explicatio eminentiæ cognitionis Christi: *Ad cognoscendum illum, Christum scilicet speculative et practicè. Quis? Quantus? Qualis? homo, Deus, Salvator mundi: omnia que spectant ad utramque illius naturam; ad nostræ justificationis et salvationis œconomiam: omnia mysteria, ad præcipue,*

VIRTUTEM RESURRECTIONIS EJUS, id est, insignem illam omnipotentiam, quæ et semetipsum suscitavit, et nos aliquando suscitabit à mortuis. Admirabilem illum Christi suscitati statum aeternum, in quo humanitatis nostræ infirmitas, in divinitatis abyssum sic absorpta est, ut totus sit Deus. Statum, inquam, illum gloriosum, qui nostræ resurrectionis futuræ exemplar est, seu, in quo ipsi conformes erimus in aeternâ beatitudinè; statum denique in quo mihi Ecclesiam persequenti apparuit, dicens: *Saulè, Saulè, quid me persequeris?*

ET SOCIETATEM, Græc., *communione*, passionum ejus, seu ut cognoscam virtutem sanctæ crucis. Ut cognoscam quam honorificum sit, quamque proficuum cum Christo pati; Christo per passionem in cruce communiari. Crux Christi, fons et origo gloriæ: so-

Quæ ex Deo est justitiâ in fide. Justitiam, inquam, quæ à Deo auctore est, et fundatur in fide; quia fides hujus justitiæ fundamentum est. Quæ ex Deo est justitiâ, hoc est, quæ divina est justitiâ, à Deo manans, ut Deus nos faciat et habeat justos, coramque coverè justî simus; non autem humana, quæ ex lege est.

VERS. 10. — Ad cognoscendum illum, etc.; et ut cognoscam illum, nempe quis et quantus sit, utpote Deus et homo, et cetera que ad utranque ejus naturam pertinent. Item ut cognoscam virtutem seu potentiam resurrectionis et gloriæ ejus, nempe quod ea sit exemplaris causa nostræ resurrectionis et gloriæ, quia nos ad ejus similitudinem reformandum sumus. Et ut cognoscam communicationem passionum ejus, in quam venio, et quæ mihi contingit, dum per passionem et mortis pericula que pro nomine ejus sustineo

cietas itaque crucis, seu passionum Christi, erit causa societatis gloria.

Nota inter Christum et Christianum communionem passionum. Christi passio fuit nostra, quia pro nobis, et vice nostra passus est: nostrae passionis Christi sunt; quia particulae et communicationes sunt passionum Christi: applicationes sunt Christi passionum. Dum patimur pro Christo, Christus sus nobis applicat merita, dum patior, in societatem passionum illius venio. Et haec est huius vite felicitas: *Beati qui persecutionem patiuntur...* Felicitas aeterna erit Christo glorioso conformari; felicitas temporalis, Christo patienti esse conformem; ipsi passionibus communiri.

CONFIGURATIO MORTI EJUS. Graecum participium est praesentis temporis. Hinc Ambrosius, *conformans me morti ejus.* Alii, *dum conformis fio.*

Quasi diceret, *et societatem passionum illius*, in quam venio, dum conformis fio morti ejus, per labores, passiones, mortis pericula, quae pro ipso patior. Per calamitates itaque ad Christi similitudinem fingimur; ipsius imago sumus: fratres illius effecimur; Christi quodammodo evadimus. Vide D. Chrysostomum. En quanta est eramarum dignitas!

VERB. 11. — SI QUOMODO OCCURRAM AD RESURRECTIONEM... id est, ut, si quomodo possim, occurram et perveniam ad beatam resurrectionem.

Nota litterales et morales.

Nota primo, si quomodo, quod innotuit difficultatem et incertitudinem. Paulus, *resurrectionis*, de sua salute certus non erat; timebat ne reprobus fieret, prima Corinth. 9; quis ergo securus? Nota secundo nomen Graecum *ἔκδοσις*, quod significat non simpliciter resurrectionem, sed exresurrectionem, id est, gloriosam, sublimem, plenam et perfectam resurrectionem, quam nulla mors, nullaque mala sequuntur; resurrectionem, quae in altum feremur, obviam Christo in aera; uno verbo, resurrectionem quam expectant justi.

Nota autem quod, ad hanc beatam resurrectionem nos duo conducunt, viva fides gloriosae Christi resurrectionis, et conformitas, seu communio passionum

(sicut dicitur se quotidie mori, 1 Cor. 15), conformis effector morti ejus.

VERB. 11. — SI QUO MODO OCCURRAM, etc. Sensus est: Compator et commorior Christo, ut si quo modo possim, perveniam ad beatam resurrectionem mortuorum quam justi expectant.

VERB. 12. — NON QUOD JAM ACCEPERIM, id est, apprehenderim, aut potius prehenderim, aut jam profectus sum; q. d. Non ea mente dixi, quasi putem me jam apprehendisse hunc christianae justitiae apicem, hanc perfectam resurrectionis ac passionis Christi cognitionem, etc.

Sequitur autem, si quo modo comprehendam. Sequor, id est, persequor. Significat autem insequi cum extremo conatu assequendi et apprehendendi. Sensus est: Nondum assensus sum perfectionem, ut mihi jam quiescendum sit, sed adhuc curro, contendendo, persequor, ut illam, si queam, apprehendam. Non loquitur de praesio vitae aeternae, quod infra vocat braviium supernae vocationis, sed de perfectione cognitionis et vitae, ad quam in hoc seculo, post quantumlibet profectum, semper adhuc aspirandum est.

Christi. Prima nos reddet amore ferventes; et quasi desiderio nos sursum extollet; secunda Christi meritis ditabit, dignosque reddet qui revera extollamur; sique quasi duae alic erunt, quae nos aliquando rapiunt in aera. Ergo firmè et vivè credamus gloriosam Christi resurrectionem; de illa, tanquam nostra futura exemplari saepe cogitemus. Christo passo communicamur, ut hac temporali conformitate, aeternam mereamur in gloria.

VERB. 12. — NON QUOD JAM ACCEPERIM... dixi, si quomodo...; nec enim praesumo quod metam apprehenderim, aut ad perfectionis apicem pervenerim; sed persequor, maximo conatu curens, ut si quomodo possim, ad apicem illum perveniam, ad quem, ut pervenirem, Christus prior me, quasi sua manu, apprehendit et in stadium deduxit: nimirum cum mihi prope Damascus apparuit. *Non quod jam acciperim, scilicet palmam, braviium, apprehenderim melam.*

ACT PERFECTUS SIM, CONSUMMATUS, aut ad perfectionis terminum pervenerim.

Sequitur, id est, persequor, curro, eò tendo majore quo possum conatu, ut illud assequar, ad quod Christus me fugientem, etc. Ipse me prior retibus illigavit, ait Theodoretus. Fugebam illum et valde aversebar; ipse me fugientem apprehendit. Itaque ego quoque persequor, enitens eum apprehendere, ne à salute excidam, Theodoretus.

Gratias immensas, ó miseris Deus, qui me fugientem, quasi manu tuà apprehendisti et in stadium deluxisti; ignosce meam hucnecque in tuo servitio socordiam; auge animum, da vires ut alacrius curram, braviiumque tandem assequar ad quod et propter quod me comprehendisti.

VERB. 13. — FRATRES, EGO NOS ARBITROR... USUM AUTEM, suppl. sollicitus ago; uni totus intendo, in cumbio, scilicet quae retro sunt, id est, à tergo praeterita, obliviscens.

AD EA QUAE PRIORA, quae à fronte, quae ante me sunt, cursum meum dirigens et extendens.

VERB. 14. — AD DESTINATUM PERSEQUOR, id est, ad scopum seu versum signum praefixum totis viribus

In quo et comprehensus sum à Christo Jesu; q. d. Cùm pergerem Damascus ut christianus caperem et vincerem, à Christo in vià apprehensus sum, etc., et haec omnia hoc fine fecit Christus, ut vicissim satagem rem comprehendere tam ipsum, quam perfectionem Christianismi, etc. Sicut aliquando procul aberrans et fugiens à Christo, comprehensus sum ab eo per gratiam ejus praevenientem: ita nunc vicissim hanc praesio diligentiam, ut totis viribus eum insequar, et nitar apprehendere virtutum perfectionem.

VERB. 15. — FRATRES, EGO ME NON ARBITROR COMPREHENDISSE, UNUM AUTEM, SUBAUDI, AGO; id est, in unum rem totus sum intentus. Unum autem illud expoint Apostolus sequentibus verbis:

Quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea verò quae pro priora extendens me ipsum. Obliviscitur autem operum praeteritorum, quoniam iustorum, non quod ea contemnat, sed quod illis non contentus, semper ad majora et perfectiora nitatur. Tota vita boni Christiani sanctum est desiderium proficiendi; inquit Augustinus.

VERB. 14. — AD DESTINATUM PERSEQUOR, id est, ver-

curro; seu oculis in scopum unice defixis, ad eum totis viribus contendendo, ut braviium, seu palmam, praemium assequar, ad quod Deus è caelo me per Christum vocavit. Eheu! quantum ab hac apostolica praxi disio! Quidni, ó Deus bone, sicut apostolus sum, oculos in braviium unice defixos habeo, ut ad illud totis contendam viribus? cur toties ab aeternitate distractus, terrenis implicor, cursum ad caelestia remorantibus? *Averte oculos meos, ne videam vanitatem, in vià tuà vivificans;* da mihi fidem vivam, ardens desiderium, illuminatos oculos cordis mei, ut sciam quae sit spes vocationis meae, et quae divitiae gloriae hereditatis meae in sanctis, etc., ut hoc unice videns, cetera omnia obliviscens, huic totis incumbam.

VERB. 15. — QUICUMQUE ERGO PERFECTI, seu, ut dixi alibi, *spirituales, firmiores,* seu in rebus divinis benè versati, et perfectione aliis praecuntes. Perfecti hominis est non se existimare perfectum esse; hoc perfectio est, D. Chrysostomus.

HOC SENTIAMUS, scilicet nos ad perfectionem nondum pervenisse. Nec in hoc est contradictio; etsi enim aliorum comparatione sint perfecti, in se tamen sunt adhuc perficiendi: multa illis desunt.

ET SI QUID ALITER SENTIIS, id est, sentitis ab aliquibus forte decepti, spero quòd DEUS VOBIS REVELABIT, ita sentiendum vobis esse, ut dixi. Vides quam reverendo, ait D. Chrysostomus, *si quid aliter sentitis, ut ignorantia videatur potius quam improbitas.*

VERB. 16. — VERUMTAMEN AD QUOD Pervenimus... Graec. *Veritatem ad quod pervenimus, eadem incedere regulam, idem sapere (initium pro imperativo); Syr. Veritatem ad id quod pervenimus, eadem pervenimus scopum totus feror.* Ad braviium supernae vocationis Dei in Christo Jesu. Braviium proprie significat praemium certantibus propositum. Ego, inquit, ea quae sunt à tergo relinquens, ad ea verò quae sunt à fronte, me ipsum extendens, oculis semper in scopum defixis, cursu contendendo ad palmam seu praemium regni caelestis, ad quod à Deo vocati sumus per Christum idem et merita. Aliud est scopus, aliud praemium, seu palma, seu corona. Apparet per scopum seu destinatum intelligi perfectionem illam de qua dicebat: Non quod jam acciperim, aut jam perfectus sim, etc. Per braviium verò seu palmam significari praemium supernae beatitudinis, ad quod obtinendum currere se dicit, habendo oculos semper intentos in scopum perfectionis propositae. *In Christo Jesu,* per Christum Jesum, per Christum merita. Ita Chrysostomus; q. d.: Deus hoc braviium nobis proposuit, et ad illud nos vocat per merita Christi.

VERB. 15. — QUICUMQUE ERGO PERFECTI SUMUS, hoc sentiamus. Perfectos dicere videtur, quos alibi spirituales, et firmiores, et perfectos vocat, id est, sapientiae sublimioris capaces, et percipientes ea quae sunt spiritus Dei, et eos qui pro consuetudine exercitios habent sensus ad discretionem boni et mali. *Quicumque ergo perfecti sumus,* id est, intelligentia rerum divinarum ceteris praestantius, vel reipsa, vel nostrà, aut aliorum opinione; hoc sentiamus quod ego de meipso jam professus sum, scilicet, nos nondum apprehendisse aut perfectos esse, sed adhuc multa nobis deesse, idcirco nos eorum quae retro sunt oblitos, semper ad anteriora delere extendi.

ET SI QUID ALITER SENTIIS, VEL SENTIIS, ET HOC VOBIS DEUS REVELABIT. Et si qui vestrum aliter sentiunt de eà re de qua jam egi, nimirum arbitantes se jam appre-

ficiamus sentit, eademque concordia. Sensus est: Interim in hoc ad quod pervenimus concordemus simul, et in eadem doctrina et vite regula permaneamus. Regula nec additionem, nec subtractionem admittit; alioqui jam non est regula; haec regula fides est, Chrysostomus.

VERB. 17. — IMITATORES MEI ESTOTE; Graec. *Coimitamini me,* id est, omnes pari studio me imitamini, vel imitamini me sicut alii, qui videtis me studiosos imitatores.

ET OBSERVATE EOS... Graec. *Observate ita ambulantes, sicut habetis exemplum nos,* id est, qui habent nos, ut exemplar sumum, ut eos etiam imitemini. Dixit supra: *Videte canes,* ut fugiant; nunc dicit: *Observate,* ut imitentur. Apostoli erant forma et exemplar et quasi leges animatae. Vide D. Chrysostomum, ita sit prebatus. Praefati tamen vita non excusant subditos, quia habemus Christum doctorem, nobis dicentem: *Discite à me...* idem D. Chrysostomus. Habemus et in Scripturis omnium virtutum exemplaria. Vide ibidem.

VERB. 18. — MULTI ENIM AMBULANT... Non sine causa vos me et mihi similes imitatores vobis, quia multi sunt non imitandi, licet Christum Chrysostome eruceum praedicent; id sepe vobis dixi, cum essem apud vos, nunc autem et scriptis et lacrymis dico. Qui in deliciis vivunt, verè lacrymis digni sunt. D. Chrysostomus.

INIMICI CRUCIS CHRISTI. Inimici sunt crucis Christi, primo, quia justificationem legi tribuunt, non gratiae, quae crucis est fructus; secundo, quia Christianismum simulant, in otio et deliciis vivunt, haudesse perfectionem, ut proficere ultra non debeant: equidem confido Deum vobis qui tales estis, etiam hoc quod sentiendum dixi, revelaturum pro intertana inspirationem atque doctrinam. Oliter significat Dei donum esse, quod quis rectè sapit, et imperfectionem suam agnoscit. Deus hoc revelat, dum homini seipsum, et sua vita sensim patefacit, etc.

VERB. 16. — VERUMTAMEN AD QUOD Pervenimus, etc. Interim quantum ad id quod de rebus divinis jam assecuti sumus: hortor vos omnes, eadem regula doctrinae et fidei incidere, eandemque regulam tenere, et idem sapere, id est, concordare esse. *Regulam,* vocat legem et fidem Christi.

VERB. 17. — IMITATORES MEI ESTOTE, FRATRES, una cum aliis qui me imitantur. Sicut alios videtis esse studiosos non imitandi, ita et vos facite. *Et observate eos qui ita ambulanti,* etc., id est, non ut formam et exemplar. *Et observate,* sive considerate eos, qui vitam suam institunt ad exemplar, quod ego vobis praebui, quodque à me accepistis; et eos imitamini.

VERB. 18. — MULTI ENIM AMBULANT, SUBAUDI, aliter quam ego; quia ego praedico et sequor Christi crucem, et austeram vitam, illi et verbo et facto Christi crucem negant. *Quos saepe dicebam vobis (subaudi, esse) nunc autem et flectis dico.* Flectens se introducit, ut commendat amorem suum erga Philippenses, quorum periculum metuebat.

Inimicos crucis Christi, qui iustitiam praedicant ex lege querendam; ut bene Thomas addit: quoniam in Christum crucifixum credere se dicerent, ex consequenti tamen hostes crucis Christi, se declarabant. Quia, sicut alibi dicit, Galat. 2, si per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Graeci *inimicos crucis Christi* interpretantur eos qui voluptates et luxum

quod adversatur cruci, ait D. Chrysostomus. Nihil æquè à Christiano alienum est, ac requiem et otium querere, etc. Dominus tuus in crucem actus est, et tu requiem quaeris? Dominus tuus clavibus confixus est, et tu delicias? hæcine militis generosi? D. Chrysostomus. Si Dominum tuum amas, illius vitam vive, mortem illius morere; ipse te crucifige, non ut ipse te interimas, sed ut cum Paulo dicas: *Mihi mundus crucifixus est...* idem.

VERS. 19. — *Quorum finis interitus*, id est, qui ad extremum peribant, æternamque subibant supplicium. Percant ergo necesse est, qui crucem Christi, fontem salutis, evacuant.

Quorum deus venter est, quia ejus gratiâ faciunt omnia; quasi summum bonum in deliciis sensualibus reponunt. Hinc ventricole.

ET GLORIA IN CONFESIONE IPSORUM; SYR.: *Gloria ipsorum, dedecus ipsorum*, id est, gloriantur in flagitiis, quorum ipsos pudere oporteret. Grave malum est turpia facere; sed si te, cum facis, pudeat, quasi didicimus malum est, D. Chrysostomus; sin autem inde te efferas, summus jam est animi stupor.

Qui terrena sapiunt, id est, cogitant diligunt et curant.

VERS. 20. — *NOSTRA AUTEM CONVERSATIO...*; GRÆC., *administratio nostra*; SYR., *nostrum exercitium*; Æthiop., *civitas nostra*; Tertullianus, *nostrum municipium*. Sensus est: Tales sunt illi; nos autem contra, cœlestia cogitamus, diligimus et curamus, quia eorum patria nostra, civitas nostra, municipatus noster. *Illetervise,*

hujus vitæ sectantes, crucem Christi videntur odisse; utpote quæ non ad delicias, sed ad labores et austeritatem vitæ nos invitet.

VERS. 19. — *Quorum finis interitus*, id est, qui ad extremum interibant ac perderent: loquuntur autem de æternâ perditione.

Quorum deus venter est, nam ventrem habent pro Deo, quia causâ ventris omnia faciunt, id est, finem constituent in deliciis cibi et potûs. Hujusmodi Christo Domino non servium, sed suo ventri; Rom. 16.

Et gloria in confusione ipsorum, id est, in dedecore, ignominia, turpitudine, pudore ipsorum, et qui gloriantur in his quorum ipsos oportebat pudere, id est, in flagitiis et malis factis, etc.

Qui terrena sapiunt. Quorum cor terræ affixum, non nisi terrestres habet affectus, non nisi terrestria bona amat, desiderat, curat, cogitat, prosequitur.

VERS. 20. — *Nostra autem conversatio in cœlis est*. Pro conversatione Græcè est conversatio civilis, id est, civium inter se; tanquam dicat Apostolus: Civitas nostra, in quâ tu civem conversamur, in cœlis est; itaque nos non terrena sapiamus, sed cœlestia. Hoc enim est conversationem habere in cœlis, cœlestia sapere, querere, mediari.

Unde (ex quo scilicet cœlo, vel ex quibus cœlis) *etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum*. Ut veniens ad iudicium nos fideles, ad cœlestia anhelantes, cœlo ad iudicet, et in cœlo secum triumphantes ducat. Nota: Salvare propriè extrem am-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1° Conserva, et altâ mente repostam tene ideam de vero Christiano. Corde circumcisus, spiritu servil Deo, et in Domino Jesu Christo gloriar. Vide v. 5.

ex Budaço, significat regimen politicum, rempublicam, civitatem. Quasi diceret Paulus: Regimen nostrum, nostra respublica, nostra civitas, municipatus noster in cœlis est; id est, conversamur ut civem colorum; nos gerimus ut municipes cœlorum; vivimus et regimur jure, legibus et politâ regni cœlestis. Talis est omnis verè Christianus; attende tibi.

UNDE ETIAM SALVATOREM... EX QUO CœLO EXPECTAMUS DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, qui veniens ad iudicium, nos amicos suos liberabit ab omni corporis et mentis ærumnâ, nosque donabit gloriâ corporis et animæ.

VERS. 21. — *QUI REFORMABIT*; GRÆC., *transfigurabit*, transformabit, id est, in aliam figuram accidentem commutabit, ex passibili, corruptibili et terrene, faciens impassibile, incorruptibile, æternum.

CORPUS HUMILITATIS NOSTRÆ. Hebraismus, id est, corpus humile, abjectum ac miserum;

CONFIGURATUM CORPORI CLARITATIS SUE. GRÆC.: *Ut fiat conforme corpori claritatis Christi*; SYR.: *Ut fiat in similitudinem corpori gloriæ suæ*. Hæc configuratio, conformatio corporis nostri scum glorioso corpore Christi, fiet per, et propter passionem. Si *compatimur, et conglorificabimur*. Quot vulnera pro Christo, tot nobis coronæ cum Christo; quot mortificationes propter Christum, tot consolationes in gloriâ cum Christo.

Quid ergo murmuras, ô caro misera? quid recalcitras? patere, mortificare in tempore, ut in æternum gaudeas et glories. *Pena brevis, gaudium erit æternum*.

sam aut perditam recuperare, sic Christus dicitur Salvator, quia nos nobis, puta primarv nostre integritati, spei, salutis et felicitati restituit.

VERS. 21. — *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ*. Pro reformabit, Græcè est, transfigurabit, transformabit, hoc est, in aliam figuram et formam commutabit, ut scilicet ex corruptibili faciat corpus incorruptibile, ex passibili impassibile, ex terrestri cœlesti. Sensus: Qui transmutabit corpus nostrum humile, vile, miseris et corruptioni obnoxium; ut sit tale quale est corpus ipsius gloriosum. *Configuratum corpori*; Græcè est, ut fiat conforme corpori claritatis Christi. Syrus vertit, ut fiat in similitudinem corporis gloriæ suæ. Papæ! inquit Chrysost., illic qui ad dexteram Patris sedet, conforme fiet hoc corpus? Illi qui adoratur ab angelis? Illi qui astant incorporatis illa virtutes? Illi, qui est super omnem principatum, potestatem et virtutes, illi conforme fiet? etc.

Secundum operationem quâ etiam possit subjicere sibi omnia. Causam dat hujus transformationis, potentiam scilicet ac potentem Christi operationem, quâ potens est subjicere sibi omnia, etc.: ergo facile ipsi est, ut suo iussu faciat corpora nostra corrupta resurgere ad immortalitatem et gloriam. Ita Chrysost. Christus efficaciter potest omnia sibi subjicere; ergo potest conformare corpora nostra mortalia corpori suo glorioso, idque adeo facturum est, quia facturum se promisit.

Ut hanc in te adimpleas ideam, cultro mortificationis, in corde tuo, concupiscentie vitia continè re-secâ. Spiritu, seu fide vivâ, spe firmâ, charitate sin-

cera, Deum cole; sic in corde tuo regnet ejus charitas, ut omnium tuarum actionum, et internarum, et externarum, sit principium et forma. In Christo Jesu, Filio Dei, Salvatore tuo, gloriari, totamque tuam spem pone.

2° Conserva et veram de mundanis bonis ideam, ut ea contemas. Sunt quisquilia, damna, stercora; seu inania sum, noxia, foetida, et conspurcancia. Vide v. 8. Inania, id est, inutilia sperne; noxia fuge; foetida horre. Observa tamen quod ex se nec bona sunt, nec mala; sed ea talia facit bonus, vel malus animus. Ille ergo si corrigatur, omnia erunt utilia. Vide ibidem.

3° Conserva et notitiam de dignitate passionum, ut eas libentius feras: passio, communio, communicatio, societas est passionis Christi. Vide v. 10. Patiens ergo gaude, quia Christi passioni communicas; Christi autem passio, fons est beatiitudinis æternæ; Christo patienti sis conformis; Christo itaque glorioso conformis eris. Vide et v. 21.

CAPUT IV.

1. Itaque, fratres mei charissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea; sic state in Domino, charissimi.

2. Evodiam rogo, et Syntychem deprecor, id ipsum sapere in Domino.

3. Etiam rogo et te, germane compar, adjuva illas que mecum laboraverunt in Evangelio, cum Clemente, et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite.

4. Gaude in Domino semper; iterum dico, gaude.

5. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus propè est.

6. Nihil solliciti sitis; sed in omni oratione et observatione, cum gratiarum actione petitiones vestra immotescent apud Deum.

7. Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et occupati vestras in Christo Jesu.

8. De cætero, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplina, hæc cogitate.

9. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, hæc agite: et Deus pacis erit vobiscum.

10. Gavissus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando reformationis pro me sentire: sicut et sentiebatis; occupati autem eratis.

11. Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.

12. Scio et humiliari, scio et abundare (ubique et in omnibus institutus sum), et satiari, et esurire, et abundare, et penuriam pati.

13. Omnia possum in eo qui me confortat.

14. Verumtamen benè fecistis, communicantes tribulationi meæ.

4° Observa, et sequere christianas Apostoli praxes, quibus se ad perfectionem evangelicam excitabat. Vers. 12, 15, 14, semelipsum considerans in evangelicâ palestra, quasi stadiodromum in stadio, majori quo potest conatu, currit ad bravium; quæ retrò sunt obliviscens, oculis in scopum micè defixis, ad eum totis viribus contendit. Eheu! miser, in eodem stadio positus, languens hactenus torpi, et torpe! da vires et animum, ô Deus, apostolum tuum imitantem, in fine saltem meæ tepidæ vitæ. Vers. 20, se cœlorum civem et municipem considerans, mente et corde à terrenis abstractus, cœlestia cogitat, diligit et curat; jure et legibus cœlestis regni vivit et regitur. Eodem ac Apostoli insignitus sum honore; cœlorum sum civis, domesticus Dei; cur ergo, ut talpa, hæreo terræ, mente et corde inclusus in terrâ? Sursim cor, ô anima mea! mentem erige, suscipe cœlum; hæc est patria tua, domusque æterna; ad hanc anabela, hinc conversare, donec veniat Salvator, qui te ad hujus exilii miseris eripiat, suâque gloriâ donet in patria.

CHAPITRE IV.

1. C'est pourquoi, mes frères très-chers et très-désirés, qui êtes ma joie et ma couronne, continuez, mes bien-aimés, et demeurez fermes dans le Seigneur.

2. Je conjure Evodie et je conjure Syntychie de s'unir dans les mêmes sentiments en Notre-Seigneur.

3. Je vous prie aussi, vous qui avez été le fidèle compagnon de mes travaux, d'assister celles qui ont travaillé avec moi dans l'établissement de l'Évangile, avec Clément, et les autres qui m'ont aidé dans mon ministère, dont les noms sont écrits dans le livre de Vie.

4. Réjouissez-vous sans cesse en Notre-Seigneur; je le dis encore une fois: réjouissez-vous.

5. Que votre modestie soit connue de tous les hommes: le Seigneur est proche.

6. Ne vous inquiétez de rien; mais en quelque état que vous soyez, présentez à Dieu vos demandes par des supplications et des prières accompagnées d'actions de grâces.

7. Et que la paix de Dieu, qui surpasse toutes nos pensées, garde vos cœurs et vos esprits en Jésus-Christ.

8. Enfin, mes frères, que tout ce qui est véritable et sincère, tout ce qui est bon, tout ce qui est juste, tout ce qui est saint, tout ce qui peut vous rendre aimables, tout ce qui est d'édification et de bonne odeur, tout ce qui est vertueux, et tout ce qui est louable dans le règlement des mœurs, soit l'entretien de vos pensées.

9. Pratiquez ce que vous avez appris et reçu de moi, ce que vous avez entendu dire de moi, et ce que vous avez vu en moi; et le Dieu de paix sera avec vous.

10. Au reste, j'ai reçu une grande joie en Notre-Seigneur, de ce qu'enfin vous avez renouvelé les sentiments que vous aviez pour moi, non que vous ne les eussiez toujours dans le cœur; mais vous n'aviez pas l'occasion de les faire paraître.

11. Ce n'est pas la vue de mon besoin qui me fait parler de la sorte, car j'ai appris à me contenter de l'état où je me trouve.

12. Je sais vivre pauvrement, je sais vivre dans l'abondance: ayant éprouvé de tout, je suis fait à tout, au bon traitement et à la faim, à l'abondance et à l'indigence.

13. Je puis tout en celui qui me fortifie.

14. Vous avez bien fait néanmoins de prendre part à l'affliction où je suis.